



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

1 Nunquit nam licite quis possit re[m] pluris vendere quam valeat,

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

augentur, penuria vero minuuntur, sicuti econverso abundantia venditorum minuuntur, raritate vero excrescunt. Erim uero ubi merces affluunt, venditorum numerus amplior est & emptorum minor. Atque hoc tibi responsum elicies, si haeritaeris an vendendi causa, & modus, pretium variet. Etenim causa vendendi aut emendi, nihil per se ad rem facit. Siue enim vendas necessitate compulsus, siue praesatierate rerum ipsas despiciens. Item siue ob necessitatem emas, siue propter voluptatem nihil inde variatur pretij. Attamen quia venditoris necessitas in causa est, ut merces sub haella venum exponat, si ut paucioribus tunc existentibus emptoribus pretij rerum ualeat, sicuti in bello parua uictoria exiguo numero uenditur praeda. Econverso ubi publici mercatores emptores expectant, quia illo modo uendendi plures emergunt emptores, ualor mercium crescit. Atque eadem ratione in initio nundinarum, ut plurimum carius uenditur quam in fine. Atque per hanc conclusionem lucreti Monopoliorum iniquitas, puta cum quis vel a principe priuilegium emit ut solus ipse uendat, vel duo aut tres reliquam mercatorum multitudinem anteuerteret, mercium acerrimum coemunt, ut uniuersa ad ipsos cogantur confluere vel iurata fides consumunt ut nullus eorum nisi tanti uendat. Hinc enim raritate venditorum pretium crescit. Et eadem ratione, vice versa, licet non saepe accidere consuecat, emptorum monopola, ad extenuandum pretia, essent nihilominus iniqua. Ut si in portu, cui preciosissima nauis applicuit, illi, qui emere possent, sibi mutuo promitterent non emere nisi tanti, aut si in subhastatione alios ego ne licitarentur auerterem, ut minoris ego emerem, peccatum profecto esset, quod ante restitutionem non remitteretur. Et hoc est quod ait Cic. lib. de officijs, Non licitatore uenditor, nec qui contra se licetur emptor apponat. Quando uero uenditores monopolum facerent, tunc iuste emptores, quasi uim vi repellentes, contraria pariter possent prudentia uti, puta conuenire inter se, ut nullus nisi certo pretio emeret.

uerba sonant. Alias liceret uendere uita medietatem ueri pretij, quin uero duplo & triplo. Quod si illam sic modereris, ut intelligatur quantum iure & iuste uendi potest nam id possumus quod iure possumus, tunc quasi principium petens, redderes illa inane. Si. n. quarenti quanti uendere potest, respondeas. Quantum iustitia fert, nihil respondeas quod ipse ignorabat. Senus ergo est quod tu ualeat res quanti uendi potest, si elusa ui, fraude, & dolo, quibus in emptore tollitur uoluntarium. Et quauis eodem uideatur risum recidere acti dixissem, iuste, non est tamen idem. Enim uero si quereat quid est homo, respondeas, esse hominem, nihil doces. Si autem respondeas esse animal rationale licet idem. sit tamen quia definitum explicas, non petis principium. Ad secundum respondetur, perito artis credendum est quod affectione rei propriae non est infectus, & unusquisque est arbiter in re propria dum illa ad alterum nihil attineat, qui autem uendit, non rem propriae suam, uerum comitem sibi & emptori tractat. Et ideo non est legitimus arbiter. At quia de gemmis & rebus pretiosis mentio in tertio argumento fit distinguendum de mercibus est. Quaedam enim sunt reipublice minime necessariae, atque illas potest quisque tanti uendere quantum emptor sciens, & prudens uoluerit dare. Cuius generis sunt prosi equi gemmae accipitres, &c. Spectant enim ad ornatum decorumque & splendorem nobilitatis, & ideo magnatum magnificet a est, res illa magno aestimare. Alia uero sunt reipublice necessariae, ut quae ad uictum, uestitum & alios id genus usus pertinent. Atque in his licet nihil fraudis doli live irrepleat, uis tamen est, quantum extorquere potueris, tanti illas diuadere.

Ad secundum arg. Distin.

QUESTIO III.

DE INIUSTITIA QUAE IN EMPTIONE & UENDIT. COMMITTUR.

S. Tho. 2.2. quaest. 77.

ARTICVLVS I.

Utrum licite quis possit rem plus uendere quam ualeat.

TRIBVS itaque articulis superiori quaestione praefactis, scilicet de emptoris, de emptore, de emptore...

Monopoliorum iniquitas.

Cetero.

Ad primum arg.

Dubiū
circa ver-
ba Sar-
Thom.

Solutio.

Primū
arg. par-
tis affir-
mativæ.

Secūdū
argum.

August.

negotiationisque necessitate, ac de rerum pretio, sequitur tertia questio de iustitia q̄ in hunc contractum se insinuat. Hoc autē statim in capite carius non præteribo de quo lector forte dubius apud S. Tho habebit. Ait enim in distributione statim questionis, solas duas questiones tractandas assumere de emptione scilicet & de usu ra, eo quod circa alias voluntaria commutationes nulla inveniatur iniustitia, quæ nõ reducatur ad rapiam aut furtum. In quibus verbis dubitatio est duplex, Prior, q̄ eadem ratione potuisset & has ommittere. Nam fraudulentia emptionis & vsuræ, genus quoddam furti est. Quod si dicat, has duas esse commutationes voluntarias, tunc emergit posterior dubitatio, quod eadem ratione deberet delocatione stipulatione, alijs tractare. Ad has autem simul dubitates responderetur, scientem fuisse ac prudentem considerationem D. Thom. Iniustitia enim emptionis & vsuræ differt a rapina & furto, quia non sunt simpliciter iniurto domino, sed spontaneè tractante, hoc est transferent res suas in alium. Et ideo licet quantum ad iniquitatem pretij fuerit iniurto, est tamen contractus, qualis non est furtum. Et quævis eadem sit ratio delocatione, tamen iniustitia eius & quorumcumque aliorum contractuum ad istorum normam exigenda est & perpendenda. Omnes namque iniustitiæ voluntariorum commutationum ad hæc duo capita reducuntur, scilicet vel quod aliquo precio rem vendas quæ nullo digna est, & hoc reducitur vniuersim ad vsuram, aut q̄ precio quod iusto vel minus vel minus est, siue rem tuam siue vsuam transferas. Et de hoc iudicandum est per regulas emptionis & venditionis. Est ergo primus articulus vtrum licite quis possit rem carius vendere quam valet. Quibus verbis implicatur, an possit contra vilis emere. Et arguitur a parte affirmatiua. Iustum in commutationibus iure civili constitutum est, idem autem ius permittit contractantibus iniucem se decipere, vt habetur l. rem. C. de rescinden. vend. & l. in causis. 2. ff. de minoribus. S. idem Pomponius. ergo licet plus rem vendere minorisq̄ emere quam valet. Secundo, Commune omnium desiderium a natura videtur proficisci, ac subinde culpa vacare vili autem emere & magno vendere (vt Mimus ille apud August. 1. 3. de Trin.

aciebat) commune est mortalium desiderij cui & Sapiens conionat Prover. 20. vbi ait Malum est. malum est, ait omnis emptor, & cum recesserit, gloriatur. ergo licita est venditio iustum exuperans pretium, atq̄ emptio idem non attingens Tertio arguitur. Lex amicitia secundum Philosophum 9. Ethic. ea est, vt rei vilis repensatio secundum vtilitatem fiat, quam qui beneficium suscepit, consequutus est contingit autem vt emptor cumulatus ex re empti beneficium suscipiat, quam ipsa res valebat, vt si equum emit quo hostile periculum euadit, ergo licebit tunc venditori plus rem alii aestimare. In contrarium est saluificum illud Redemptoris monitum. Quæcumq̄ vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Et quo fit, quod cum nullus sibi velit rem iusto carius vendi, nullus debet carius vendere alteri.

Ne institutum nostrum peruertamus, quod est S. Thom. inquit vbiq̄ nostra premittere, quatuor eius conclusionibus ad questionem respondemus. Prima est Fraus de vti & dolo, vt vel plus res vedatur aut minoris ematur, sicuti in omni contractu specie delictum est idemque suo genere mortale. Primo patet auctoritatem Apostoli 1. ad Thessal. 4. vbi admonet, ne quis fratrem suū in negotio circumueniat, quoniam iudex est Dominus, inquit de his omnibus Et Cic. de offic. Inquendum est igitur in rebus contrahendis omne mendacium, non licitator rem venditor, neque qui contra se licitetur, emptor apponet. Etenim vt adest fraus, voluntarium abest ac subinde iustitia sit, charitati aduersa. Secunda conclusio. Si emptio & venditio secundum suam nude naturam contempleris, neuiquam licet rem aut iusto maioris vendere, aut minoris emere. Conclusio est patentissima. Est enim hoc genus contractuum in commune bonum æqualeque commodum introductus. Quod autem sic institutum est, neutram partium grauari debet, sed ad iustitiæ æqualitatem est conficiendum men sura autem ac velut bilanciū trutinæ est pretium, in cuius usum numisma (vt supra diximus) inuentum est. Ergo iustum precium vel augere vel minuere, peccatum est iniustitiæ atque subinde genere suo mortale. Põet ab illo secus venditio secundū accidens constitui, nempe quatenus res vendi bilis, aut

in de.

Quæst.

in detrimentum vendentis, aut in ementis utilitatem credit. Quo supposito adhibetur tertia conclusio. Licitum est in pretium rei ducere damnum quod venditor accepit, ita ut non solum res æstimetur quæ in se erat, verum & quanti venditori valebat. Vt si meum solum per se non nisi decem valebat, mihi tamen, quia edes illic extruere commodissimum duco, valet duodecim, hoc ipsum ex re pretium possum tum petere, tum perinde recipere. Et ratio est plana, quia unusquisque vendere totum potest quod suum est, & in tali casu non solum res, verum & eius emolumentum est vendentis. Quod si contra sic arguas. Postquam rei datus suapte sponte distrahere maualt, quæ emolumentum rei capere, sibi imputare debet, & non exigere plus qui emptori confert, eo præsertim, qui si hic recessisset rem non tanti per se valere, forsitan non emisset. Respondetur, argum. conuincere id nequaquam licere, nisi venditor rem parafaciat emptori, ad monentemq. hominem ut videat an sibi expediat illa lege emere. Qui emptor sciens & prudens, quia vel ipse tantam vel maiorem rei necessitatem patitur, vel suo vultu animo obsequi, cum illo onere rem emere contendit, iuste venditor tantum vendit, quanti sibi valebat, alias mihi ne. Quarta conclusio. Commodum quod ementi accrescit, si nullum inde detrimentum vendens accipiat, non licet in pretium duci. Probatum ratione contraria. Quoniam venditor non potest nisi quod suum erat vendere, commodum autem ementis non erat res vendentis, sed sua ipsius necessitas vel alia causa illius existit. Vt si quis equum emit qui non venditori, sed sibi ad bellum necessarius est, vel rem aliam quia per usum suæ artis cumulatiuè lucrum facere potest, quam fecisset venditor. Alioquin si utilitas ementis pretio accresceret, liceret pharmacopolis medicamenta tanti vendere, quanti valet salus in infirmo. Virbanum autem est, ut eiusmodi emptor grates venditori rependat. Et per hoc soluitur argumentum tertium ex Arist. sumptum. In commutatiua namque iustitia rerum tantum æqualitas pensatur, in amicitia vero vultu utilitas, quæ per donum gratificum rependitur. Vide quam sit falsa & fallax regula Ioan. Maio. q. dist. 1. q. 29. vbi dicitur, quod id quod secundum naturalem æquitatem debetur,

potest pactum duci. Nam tunc liceret mutuatarium obligare non solum ad remtuandum, ut ipse fateatur, sed ad emendum a mutuantis officina & molendum in tuis molis, & pariter emptorem ad augendum pretium ob suum emolumentum. Quæret hic autem attentus lector circa hanc conclusionem, an vice versa detrimentum, quod emens patitur causa sit legitima ut pretij quidpiam detrahatur. Syluester. quidem verb. emptio. §. 7. asserendo respondet. Vt si quis, inquit, tuarum operarum nihil egens, tuis victus precibus quia pauperes, te conducit poterit operas tuas minoris redimere, quam si te ipse rogaret. Attamen huius certe causæ non est emptoris detrimentum, sed quia (vt arti præcedenti diximus) venditoris copia vile scit pretium. Et ideo cum emptorem reituar quæris, vel tuarum operarum conductore non, minoris tu tuaque æstimantur. Aliud enim apparentius fieri potest argumentum contra eandem conclusionem. Sequeretur nanque ex illa, quod nequidum quis v' u alienæ pecunie, quam habet in deposito, quodpiâ lucri conficit teneatur dno illud partemve refundere. Conceditur autem plane conclusio. Neque potest depositor cum depositario citra v'suræ crimine pacisci de parte lucri, nisi societatem faceret cum periculo sortis, de qua infra. Potest nihilominus ac esse idem depositor per honestatem & comitatem illi esse, re etiam gratus. Neque vero v'suræ culpa subest. Si tu pecuniam tuam apud gratum mercatorē deponas, quem cibi speras fore beneficū, neque vero ille v'surarius censetur, si ea spe tibi sit muare gratus, vt tu iterum eius custodiæ aurum tuum concredas.

Arg. Responsio.

Ad primū arg.

Primum igitur argumentorum capitū quæstionis, dubij illius solutionem deposcit, quo scilicet pacto iure permittitur in venditione & emptione decepto. Et quidem iam proximo articulo sensum illius legis exclusimus. In causæ 2. §. idem Pompos. ff. de mino. Vbi habetur, quod licet contrahentibus naturaliter se decipere. Cui simile concinit lex, Item si pretio ff. loca. Haud enim intelligitur infra latitudinem iusti pretij, quantum illic nulla est deceptio. Intelligitur ergo citra medietatem iusti pretij. Id enim non solum ciuiliæ iâ nunc citata, & l. 2. C. de rescind. vend. & l. si voluntate, eo. tit. verum etiam iura cano-

nica

nica permittunt vt pater ea cum dilecti cap. cum causa extra, de emptio. & vendit.

Quid sit uendere ultra dimidium iusti pretij, sunt qui referunt Conrad. q. 57. esse arbitrentur vendere ultra duplum, sed nulla se possunt probabilitate tueri, nomē enim ipsorum rem explanat. Est enim vendere ultra se, qui alterum, vt res quae valet decem, habet latitudinem iustis inter nouem, & undecim, vendere autem eam sed enim, est vendere ultra dimidiam veri. Sicuti emere citra dimidiū, est emere quatuor, nā quinque sunt media pars. Sic n. habet lex illa citata, Rem maioris, in C. Minus pretium esse uidetur, si neque dimidia pars veri pretij soluta est. Est ergo quaestio, utrum lex id permittat tanquam licitum? De quo tres sunt opiniones. Prima est. Durandi ordinis Minorum, quem & citat Conrad. q. 57. & reprehendit Ant. 2. par. tit. 1. cap. 16. tenentis, licere uenditori in foro Dei exigere pretium iusto maius etiam si immodicus sit excessus, dummodo non sit ultra dimidium. Et posset quis in fauorem opinionis huius sic arguere. Lex humana obligat in foro conscientiae, potest ergo in penam imprudentiae condemnare emptorem illo excessu, sicuti facit in praescriptione. Secundo sententia iusta obligat in foro conscientiae, nisi ex falsa presumptione procedat, sed si emptor uenditorem in iudicium de hac re deferat, absoluetur uenditor, ergo in tuto manet eius conscientia.

Proxima huic est sententia Gersonis in tract. de contractib. & in suis Floribus, ubi ait quod huiusmodi deceptor peccat quidem, idemque mortaliter, si excessus est notabilis, tamen ad restitutionem non tenetur. In tract. quidem de contract. cunctatius id dicit, sed tamen in Floribus audacius idem asseuerat. Et ratio sua est, quia scienti & uolenti non sit iniuria. Tertia tamen opinio est S. Tho. praesenti loco 2. 2. Et quamuis dicat Gerson non esse de hoc concordiam inter Theologos profecto in 4. Senten. q. 1. 5. oēs communi consensu ita sentiunt. At forsitan quis contra citet Scot. qui illic q. 2. ait datum esse inter contrahentes, si non semper intenderent aliquid de inuisibili iustitia remittere sibi mutuo, ut omnem contractum concommitetur aliqua donatio, ex quibus fortasse uerbis ille sententia Durand. seductus est. At uero Scotus nihil sibi aliud uult, quam q̄ ultra ci-

traque inuisibile pretium contrahentes sibi mutuo intendunt remittere, infra latitudinem tñ iusti, ubi nos supra diximus nulla opus esse remissione aut donatione. Etenim inferius art. 3. ait, q̄ in fraudibus non est uoluntaria donatio. Igitur q̄ leges canonicae nec ciuiles permittunt ueluti deceptionem citra dimidiam iusti, tanquam rata in foro Dei, patet cum primis naturali diuinoque illo praeccepto supra citato. Id ne facias alijs, quod tibi fieri non uis, nemo enim seduci a se uellet. Est quippe (ut dicebamus) contractus hic emptoris ac uenditoris pro communi bono inuentus, quare neutra pars debet ab altera grauari. At demonstratio naturalis est haec, Praeceptis naturalibus nulla humana lex derogare potest, quia eiusmodi iustitia patet in decalogo non sunt dispensabilia, si item nemo ambigit in dispensabilia esse iure humano, quanto maius abrogabilia? seruare autem iustitiam in communicationibus, est praecceptum naturalibus, atque adeo diuinum, quia praecceptum naturalis ab aeterna lege deriuatur, ergo nulla humana lege potest abrogari. Minor porro praemissa tam nota est, quam maior, quoniam iustitiae obiectum est aequalitatem facere in rebus. Et ideo Arist. 5. Ethic. docet totam uirtutem iustitiae commutari in hoc uersari, ut aequalitatem inter personas constituat, nempe ut quantum a te accepti, tantum tibi reddam: neque tu ex me plus extorqueris, ergo recipere ultra latitudinem iusti pretij, manifeste repugnat naturae rationi iustitiae. Secundo. Fraus (ut saepe diximus) opponitur uoluntario, illic autem est iniqua fraus; ergo emptor inuitus dat ultra dimidium atque adeo uenditor genus furti committit. Et praeterea est contra praecceptum Paul. 1. ad Theos. 4. Ne quis fratre suum in negotio, circumueniat, ubi omnis fraudulentia eodem natur. Tertio. Si laceret decipere citra dimidiam iusti pretij, pariter liceret defraudare in mensura, ut si decē modios gratis uendidisti liceret tibi accepto integro omnium pretio sex tantum subdole tradere. Patet, quia eodem re labitur, hoc autē iniquissimum est, assertuque absurdissimum, contra illud Deuter. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, neque erit in domo tua modius maior & minor.

Ex his

Sententia Gersonis.

Secundū arg.

Tertia opinio. S. Tho. Rō Gersonis. Scotus.

Ex his

Ex his fit consequens quod huiusmodi deceptor tenetur ad restitutionem. Hoc comperitissimum est, quoniam peccatum iniuriæ (v. identidem repetimus) natura sua obligat ad restitutionem, iuxta illud c. si culpa, extra, de iniur. & dam. dat. Si culpa patua datum est damnum, vel iniuria irrogata, iure super his satis facere te oportet. Atque hinc sumitur quartum argumentum contra illam Durandi opinionem, & (si qui sunt, vt fertur) doctores iuris, qui illi patrocinantur. Si deceptio mediocritatem iusti precij superaret, obligatio inde emergeret restituendi quod negare non possint. Tunc ergo aut restituendus esset totus excessus ultra illum pretium, aut nõ nisi ille, qui est ultra iustum pretium cum dimidio. Hoc secundum dicere nequeunt. siquidem ius etiam civile contractum rescindit, nisi integer excessus restituatur emptori, vt expresse habet præfata lex 2. C. de rescind. vend. Si autem tunc restituendus est totus excessus fit, vt in deceptione circa dimidium restituenda sit illa pars. Mirabile n. est dictu, quod si rem valentem decem te mercatus sum sexdecim, tenearis mihi restituere sex, dum autem mercatus eam sum quatuordecim, nihil mihi debens. Q. circa multo magis est de Gersono mirandum, qua de prima opinione, nam postquam agnovit eiusmodi deceptionem delictum esse, quomodo ignorare potuit praurationem esse iustitiam? cuius vtique naturæ est nexu restitutionis delinquentem illaqueare. Neque plane intelligitur quid sibi voluerit, regulam iuris allegando. Sienti & volenti non fit iniuria. Nam est emptor sciens & volens emit, celatur eam tamen iustus valor, ac subinde seducitur, putans tantum rem valere quantum venditor petit. Sed aiunt isti (vt pro illis arguamus) lex ponit humana venditorem a restitutione liberare, tradendo illi dominium, sicut in præscriptione. Profecto iuste non potuit, quia non subest tanta causa in præscriptione namque ratio quietis obviandi quam litibus persuadet, vt principis qui custos est pacis, prius negligentes, qui diu rem suam deserunt, quia post longi temporis lapsum multæ oboritur fallacia. In contractu autem emptio nis nequeit cuncti rerum precia nosse. Et ideo illi qui bona de emunt non est cur propter iniquitatem iustitioris multentur

illo excessu, eo præsertim, quod in præscriptione possessor bona fide possidet, & ideo iniquum esset vt post tam longum temporis moram inquietaretur, fraudulentus vero mercator mala fide decipit, ob idque nulla fert ratio vt de sua iniquitate emolumentum reportet, atque id præsertim, quod ab innocente extorquetur. Igitur rei conclusionem faciamus, virtus humanarum legum in hac parte duplex est. Vna, quod læso citra dimidium non datur in iudicio actio. Altera, quod non permittit contractum rescindi, vt habetur lege citata. Si voluntate. C. de rescind. vendit. At vero rogas, cur ergo tali casu actio non datur? Respondetur, in consuetudine sine legum latores fecisse. Haud enim illi mortales tantum astimabant bona hæc & palia, vt pro illa tantam finirent ligaturonum turbinem, quantum nunc videmus, contra documentum Christi admonentis, vt ad redimendum tibi precia nobis tunicam, dimittamus & palli. Ob idque in præscriptione ubi maior erat causa ratione consulendi pacis, diuini iudicatur possidenti, in deceptione autem citra dimidium, actio petiti denegatur, eo quod illa deceptio infra dimidium iuste agere, & lubricè potest semper percipi, & ideo multas parturiret fraudis formas. Remittitur tamen foris Dei. Et hac ratione sit satis argumento secundo supra facto. Haud enim absolutio iudicis in tali causa est sacramentalis. Sed alleget forsitan cõtrarius axioma illud, qui peccat legis auctoritate, non peccat, sed quia contra legem agit, vt contra Pellicianum ait Argu. 2. 3. q. 4. can. Qui peccat, & idem ferme habetur l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adul. est autem de iustitia hæc citatio. Illud enim intelligitur de lege iustitia, secus autem de permissoria. Ille inquam qui agit quod lex iubet, non peccat, secus de illo, qui agit quod lex humana impune permittit. Non enim omne illud permittit diuina. Alioqui meretricis quia lege permittuntur nõ peccarent. Vñ Chryl. (vt habetur 3. 3. q. 1. ca. hac ratione) Quod permittimus, inquit nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere nõ possumus. Et ff. de reg. iur. semper in cõiunctionibus. (sic enim lex incipit) non solum quod licet considerandum est, sed & quod honestum sit. Vbi glossa ponit exemplum in proposito. Nam et si licet, inquit, contrahentibus se decipere, non tamen conuenit bono viro. Nulli ergo du-

Scrúpulus.

Obiectio.

Solutio.

Chrysa.

Innocentius.

dubium restat, quin huiusmodi usuri ac se-
ductores, siue venditor sit, siue emptor, re-
neatur restituere etiã nõ requisiti. Quod
si insignem doctorem innocentium contra
nobis obijcias, qui super cap. quia plerique
de immunitate ecclesiarum, in genere ait,
quod quando contractus iure tenet, pars
quæ lædit, non tenetur restituere quoad
que pars læsa repetat, nullatenus contra
pugnat, quia id de contractibus prorsus
intelligit, in quibus ius translationem do-
minij non vetat. Quæ ratione lucrum ex
ludo non tenetur lucrator restituere, nisi
petatur, *impræsentiarum* autem iure natu-
rali & diuino inhihetur translatio domi-
ni. Quare idem egregius auctor cap. In ci-
uitate. de usuris. In hoc particulari casu
edocet leges permittentes deceptionem ci-
tra dimidium iusti pretij, intelligi iure for-
i, sed non iure poli. Idemque Panor. su-
per d. cap. quia plerique. Atque idem insi-
gniter Bald. super cap. cum causa. de testi-
bus. vbi allegans singularem illam gl. sem-
per ff. de reg. iur. ait tales fraudulentos con-
tractus non esse licitos in foro conscientie,
sed mercatorum animas in periculo veri-
ri, quamuis alibi variare videatur. Etenim
qui non rerum causas introrsum timan-
tur, nõ præsentem sibi constare. Attamen
in eandem subscribit sententiam quotquot
sunt iuriconsulti præcipui nominis. Ad se-
cundum arg. ipse ibidem Aug. respondet,
dicens quod Minus ille dicebat, scilicet ca-
re vendere, & vili emere, re vera vitium es-
se naturæ, ac laram viam per quã (vt Chri-
stus testatur) multitudo vulgi incedit. Con-
tra quod tamen potest quicquæ ad ipsi iu-
sticiam qua illi restat. Et subdit cuiusdam
exemplum, qui venditori petenti modicũ
pretium pro libro, iustum soluit. Ad tertium
autem supra responsum est.

ARTICVLVS II.

*Vtrum vitium rei vendita sit venditionem
aut illicitam. vt necessarium sem-
per sit illud detegere.*

Postquam de substantia venditionis
vitium est, quæ in iusto consistit pre-
tio, subsequitur, vt eius conditiones
exploremus. Secundum autem ac tertium
articulum S. Thom. q. 77. nisi qui oculare
perpexerit, vix differre videat. Querit n.

in secundo, vtrum venditio reddatur iusti-
ta propter defectum rei vendita. Cuius
questioni postquam affirmatiue respondit, ad-
dit q. si quis in venditione scienter fraudem
fecerit, venditionem reddit illicitam, & co-
stinuere tenetur. In tertio vbi hominum sci-
ficari pergit, vtrum venditor tenetur vitium
rei vendita dicere, quod videtur po-
tèst affirmando definisse in secundo. Atte-
ro discrimen est huiusmodi, quod venditor
rem vitiosam aut contingit eodem pretio,
ac si integra esset & solida & in hoc sententia
procedit articulus secundus. Aut contingit
pretio duntaxat, quod cum vitio valet. Et
de hoc adhibetur articulus tertius, videlicet
vtrum postquam res non maioris vendi-
ditur, quam iuste valet, licet venditori vitium
subijcere. At vero adeo sunt quædam
culæ germanitate connexæ, vt fortasse eod-
dem simul articulo commodius dilucidan-
tur. Queritur ergo vtrum merces vitium,
sic venditionem reddat illicitam, vt neces-
sarium sit illud semper detegere? Et arguitur
a parte negatiua. Tria sunt, in quibus
accidit merces deficere, scilicet substantia,
quantitas, & qualitas. Defectus autem
substantie, qui omnium est nocentissi-
mus, non est cur semper contractum vitiet,
puta si quis vendat argentum, aut aurum
alchimicum pro vero. Nam, vt sciatur
illius artis magistri, ad eosdem fere huma-
nos vsus confert, puta ad vasa calanda, ca-
dendaque numismata, ergo multo minus
ab alio defectus qualitates & quantitas
reddetur venditio illicita.

Secundo vbi emptor emere non cogit
suo subest iudicio cognitio rei, ac per-
inde illi inpuranda est deceptio, ergo ven-
ditor dummodo non mentiar, docere
non tenetur emptorem. Alio qui illo
titia genere notaretur, quod retulit in ef-
ficijs Tullius, vbi ait. *Quid tam absurdum,
quam si domini iussu ita prece prædicere
ret. Domum pestilentem vendo? Accedat
huc tertio, quæ causa quæ vigere posse vitium
detegere non est alia quam vt precium sit
minus, haud tamè tenetur venditor causam
semper propalare, quibus res minoris vali-
mateur, nam mercatur præcibus ac
quarum copia superueniunt, est, licet
test tacitus suas præuendere pretio conuen-
ti, ergo illa de causa non tenetur retulere
alia vitia. In contrarium est An. bro lib. de
officijs, vbi ait, Regula iustitiæ manifestat
est*